



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola III. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Roberto Bellarmino S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Capuano Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

EPISTOLA III.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D.R OBERTO

Bellarmino S.R.E. Cardinali, Archi-  
episcopo Capuano

IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis S.

LONGO ac diffcili itinere, è media Ger-  
mania euocatus, paucis ab hinc diebus  
vnacum fratre in vrbem perueni, ILL<sup>me</sup>  
& R E V<sup>me</sup> D<sup>ne</sup> ea præcipue mente ac con-  
filio, vt quoniam mihi iamdudum consimi-  
le Augustini voto votum, videre Romam in  
Choro, Pontificem in Cathedra, Cardinales in  
Comitatu, partim animum tam insueto spe-  
ctaculo oblectarem, partim Deo beneficen-  
tissimisque Patronis, quorum opera vel in  
fide institutus, vel in necessitatibus suble-  
uatus essem, debitas grates persoluerem,  
mihiq; eorundem gratiam constantius de-  
inceps devincirem. Quorum utrumque  
ita heri in vigilia SS.PETRI & PAVLI initium  
feci, vt & Deum veneratus, & Pontificem  
cum vniuerso Purpuratorum Patrum col-  
legio conspicatus, & meorum etiam præci-  
puis salutatis nihil desiderarim, nisi te vnū  
desideratissimum BELLARMINVM meum  
(fas sit ita loqui intemperantissimo amori  
meo) qui si affuisses, corona sanctorum ple-  
na, &

P 2 na, &

na & gaudium meum omnibus numeris ab solutum fuisset. Sed intelligo Pastorem ad oues, Patrem ad filios, Ducem ad exercitum conuolasse. Placet & hoc, neque indignor, quin ( si accipis à cliente hoc officij) tam sublimem tibi dignitatem, & Episco-

\**1. Tim. 3* pale munus, quod \*appetentes, bonum opu  
1. appetere Paulus ait, ex animo gratulor. Ardet interim pectus incredibili tui videndi cupiditate, quod quia oculis negatum est, litteris conabor, nec mente à te vñquam vel latum pilum dimouebor. Nos hic souer & complectitur magnus ille collega tuus BARONIVS, cuius à mensa & contubernio nunquam segregatur. Mirifica Principis humanitas, incredibilis doctrina, rara sanctitas munificentia cum paucis comparanda, vt si nihil quod Romæ miraremur, hoc vno domestico monumento contenti esse possemus: Ita planè domus eius omnium virtutum pietatisque sacrarium est. Sed & alibi in vrbe confertim se luculenta & maximè insignia pietatis spectacula offerunt, siue templorum ornatum, siue splendorem vrbis, siue Martyrum numerum, siue antiquitatum *καιμήλια* siue populi deniq; zelum & contiuam religionis contentionem spectemus. O vrinam videant maledici *Ar- cifla nostri*, virusq; acerbitalis suæ tandem aliquando compelcere discant! Sed \*seruus malus

\*Prover.  
29.19.

malus nec verbis emendabitur: si enim & intellectu exerit, non obediet. Muneri tibi mitto litterarum opusculum, confectum à me hibernis lucubrationibus, quod donec tuo nomini consecrata prodeant, benignè accipies, meque deuinctissimum Clientem tuum perpetuo fauore complectere. Quod ut facias, maiorem in modum etiam atque etiam obsecro. Vale. Romæ è Palatio Baroniano. 3. Calend. Iulij M. DCII.

EPISTOLA IV.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> PRINCIPI D<sup>o</sup>.

IOANNI ADAMO, Archiepiscopo &  
Electori Moguntino

IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis S.

CONFECI feliciter, quod tua venia ingressus eram iter; ILL<sup>me</sup> ET REV<sup>me</sup> PRINCEPS: id est superatis alpibus, viso Mediolano, ac Bononia Lauretoque, quadragesimo à Moguntia die (cunctari enim saepius culè calores, ac respirare à iactationibus coegerunt) Romam cum fratre appuli, principem illam olim Imperij, nunc religionis, & verè, quod ait ille, \*Τῆς ὀικουμένης ἐπίτο μήν. Appulso hospitio exceptit magnum il- Sophista. lud Cardinalium lumen CÆSAR BARONI-

P 3 VS